



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Posteriores Libros Septem De Habituali Gratia, Sanctificatione
Hominis, Ac Merito

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1621

Cap. XVIII. Utrum de necessitate meriti de condigno apud Deum sit, vt in
promissione Dei sub conditione operum fundetur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94104)

CAPVT XVIII.

Virum de necessitate meriti de condigno apud Deum sit, ut in promissione Dei sub conditione operum fundetur?

net ex parte operantis, quem obligat, ergo ex parte merentis necessaria non est. Quinto hoc etiam confirmat comparatio facta inter meritum, & demeritum, nulla enim promissione, seu comminatione obligatur Deus ad puniendum hominem, si peccauerit, potest enim, si velit, gratis remittere totam poenam, & nihilominus homo peccando, de condigno meretur illam. Et in hoc exemplo cernitur maior ratio, nam in peccatis sine dubio peculiari providentia ordinavit poenas peccatorum deputando talem speciem poenae pro tali peccato, & aliam pro alia, & magis, vel minus grauem, seruata proportionem, iuxta consilium sapientiae, & voluntatis suae, & nihilominus propriam promissionem non adiunxit, quia necessaria non erat, ergo non est, cur in bonis meritis sit necessaria talis promissio.

Nihilominus communis sententia Theologorum est, ad meritum de condigno apud Deum necessari-
um esse, ut praecedat promissio diuina facta tali operi, vel (quod idem est) homini sub conditione talis operis. Quam tenent Scotus, & alii allegati in capite praecedenti in opinione prima, qui fere omnes in hoc excedunt, quod solam promissionem putant sufficere ad meritum de condigno, etiam si in opere secundum se spectato nulla dignitas, vel proportio cum praemio supponatur, praeter honestatem moralem, ad summum liberam. In quam sententiam inclinare videtur Scotus ibidem allegatus, quannus nunquam satis expresse cum exclusionem loquatur. Nos autem, sicut ibi diximus, ad ordinationem diuinam supponendam esse proportionatam dignitatem in opere, respectu praemij, ut possit esse proprium eius meritum de condigno, ita a fortiori nunc supponimus, non sufficere solam promissionem, nisi in opere similem capacitatem, seu fundamentum supponatur, nam rationes ibi factae non minus hoc probant. Et exemplum de remissione peccatorum id conuincit, nam illa promissa est sub conditione alienius operis, quod nihilominus propter aliquem defectum dignitatis, vel proportionis non est meritum eius de condigno. Et infra agentes de merito de congruo ostendimus, vel semper, vel saepe fundari in promissione, & nihilominus esse distinctum a merito de condigno, ergo signum est promissionem non sufficere ad specificam rationem, ut ita dicam, meriti de condigno. Et simile argumentum ex impetratione orationis sumi potest, fundatur enim maxime in promissione, & nihilominus non semper est meritoria de condigno rei postulare.

Hoc ergo supposito fundamento, pro hac sententia de necessitate promissionis merito allegari potest. Probatur D. Thomas dicta q. 114. artic. 1. quannus ibi non promissionis, sed ordinationis nomine vtatur, in articulo 3. ostendit, in operibus esse condignitatem ratione gratiae, in articulo vero 2. vtrunque ponit, scilicet & praedestinationem diuinam, & proportionem operis, tamen sine dubio loquitur de praedestinatione, quae promissionem includit, nam, ut dixi, moraliter non separantur, & statim ostendam, hanc praedestinationem diuinam non aliter esse factam, & lect. 3. ad Hebr. dicit, meritum condigni iusti iustitiae, haec autem sine promissione intelligi in Deo non potest, & ita sentiunt ex mente D. Thomae, Conrad. Medin. & alii moderni ibi, & idem sentit Capreol. in 2. d. 17. artic. 3. ad 8. & 9. ubi ad hoc meritum requirit legem diuinam iustam de reddendo praemio, quam non sit fas violare, & per illam dicit complementationem meriti. Imo etiam Soró libr. 2. de Natur. & grat. capit. 4. licet dicat, Deum non esse debitorem proprie, nihilominus ait, nostrum meritum esse de condigno apud Deum, quia legem ita iuste certissimam, ut iusta sua facientibus praemium tribueret, huiusmodi autem lex sine dubio promissionem includit, vel idem est, quod promissio. In quo videtur non consequenter loqui ad ea, quae capite

1. **H**aec quaestio adeo est affinis praecedenti, ut ab auctoribus non distinguantur, nam qui negant necessitatem diuinæ ordinationis a fortiori negant necessitatem promissionis, quia promissio intrinsece ordinationem includit: e contrario vero qui diuinam ordinationem, seu acceptationem necessariam existimant, sub illa promissione includere videntur, vel quia non loquuntur de acceptatione, ut sic dicam, subsequente ad opus, nam haec non facit opus meritorium, sed supponit, sed de antecedente, quae non potest esse, nisi vel voluntas, vel promissio acceptandi opus, si fiat, vel etiam, quia ordinatio ad praemium nihil aliud est, quam lex veluti cuiusdam certaminis praemij propositus, haec autem lex non videtur posse intelligi sine promissione dandi praemium operanti, iuxta conditiones propositas in lege certaminis. Et re vera moraliter ita esse videtur, quod haec duo non separantur, nihilominus tamen quia in rigore promissio addit aliquid, ut supra dixi, & habet peculiarem rationem dubitandi, & hoc tempore est specialiter controuersia, ideo pauca de illa addenda sunt.

2. **Q**uod ergo talis promissio necessaria non sit, ut aliqui auctores moderni defendunt, suaderi potest primo, quia talis promissio non est de ratione meriti in communi, id est, ut abstrahit a merito apud Deum vel apud homines, ergo neque est necessaria in merito de condigno apud Deum. Probatur consequentia, quia nulla specialis ratio in merito apud Deum assignari potest. Antecedens probari potest inductione in merito apud homines, quia licet ego nihil promiserim benefactori meo, nihilominus beneficiis in me sponte collatis aliquid a me promeruit. Et membra reipublicae illam voluntarie defendentes, vel alio modo iuuantes bene de illa, ac de eius Principe merentur, etiam si pactum, vel promissio non antecesserit, idem ergo erit apud Deum. Et ratio reddi potest, quia beneficium, vel obsequium ex vi sua inducit aliquam obligationem retributionis, etiam si promissio non praecesserit. Secundo si ob aliquam rationem esset necessaria haec promissio maxime, ut per meritum acquireretur ius iustitiae ad praemium ex parte meritis, & in praemiantem obligatio iustitiae ad illud reddendum, sed hoc titulo non solum in merito apud Deum non est necessaria promissio, sed etiam illi repugnat, quia talis obligatio non esset sine imperfectione, & quasi subiectione Dei ad creaturam, ergo.

3. **T**ertio quando promissio requiritur ad meritum, necessarium est, ut innotescat his, qui meritori sunt praemium, alioquin nihil potest eorum voluntatem immutare, neque aliquam moralem conditionem operibus eorum tribuere, ut etiam inter homines in exemplo saepe posito de operantibus propter brauium obtinendum videtur licet, sed ad merendum de condigno coram Deo non est necessaria cognitio talis promissionis, nam multi sunt iusti simplices, qui illam ignorant, & nihilominus suis bonis operibus vitam aeternam merentur. Et praeterea perinde est, illam non considerare, ac illam non cognoscere, si pissime autem operantur iusti etiam sapientes, & perfecti sine ulla aduerentia talis promissionis, neque propterea minus digne merentur, ergo signum est, non esse necessariam talem promissionem.

4. **Q**uarto vrget etiam hic ratio supra facta, quod opus non sit dignius, aut maioris valoris propter promissionem, sed dignitatem supponit, & solum praebet maiorem fecunditatem praemij, unde solum se te

Pars 3.

capite præcedenti citauimus, nisi explicetur, vt in alio loco libr. 3. eiusdem operis non excluderit ordinationem, vel acceptationem Dei, nisi quatenus illa ab aliis postuletur vt sufficiens sine proportionem operis, imo ad supplendam illam. Eisdem dicimus de Caietano, nam in tom. 3. Opusculor. tract. 11. c. 6. dicit, quod ratio meriti potest inueniri in operibus nostris relatis ad illud præmium, de quo conuentio facta est cum Deo. Et eandem sententiam tenet aperte Bonau. in 2. d. 27. arti. 2. q. 3. & ibidem Richard. art. etiam 2. q. 3. & late Bellarmin. libro 5. de Iustificat. cap. 14. Horolius in Confess. c. 33. Driedo de Captiuit. & redempt. gener. human. tract. 2. cap. 2. p. 3. art. 3. Cumel. dicta q. 114. art. 1. disp. 1. difficulta. 2. & 3. art. 3. disp. 3. & 4. & alii moderni in illum locum.

7. *Probatur ratione primo.* Fundamentum huius sententiæ est, quia meritum de condigno hominis apud Deum est meritum iustitiæ, ita vt iustus ratione operis sui aliquod verum ius ad præmium acquirat: sed hoc meritum, vt tale sit, intrinsece requirit promissionem diuinam sub conditione talis operis, vel (quod perinde est) sub lege, & pacto, cui innitatur, ergo talis promissio ad tale meritum necessaria est. Maior inferius est à nobis late tractanda, & supra in c. 1. multa adduximus, quæ illam confirmant, nunc sufficit illud. 2. ad Tim. 4. Superest mihi corona iustitiæ, & illud Matth. 20. Voca operarios, & redde eis mercedem. Nam nomen mercedis, vt ibi ponderauimus, debitum iustitiæ includit, & idem est de nomine stipendii, & aliis, quæ ibi notauimus. Vnde notat Aug. epist. 105. gloriam vocari in Scriptura mercedem, non vero ita vocari gratiam, quia cui debetur vita æterna vera iustitia est, gratia autem nunquam ex iustitia debetur. Vnde l. 4. contra duas epist. Pelag. c. 6. Si gratia (inquit) esset ex meritis non esset gratia, quia redderetur debita.

8. *Proxima rationis minor propositio suadetur authoritate.* Minor autem probatur, primo ex illis verbis Christi Matth. 20. Nonne ex denario conuenisti mecum, tolle, quod tuum est, & vade, vbi totam rationem æquitatis, & iustitiæ inter laborem, & mercedem posuit Christus Dominus in conuentione, quæ idem est, quod pactum, seu promissio sub conditione laboris. Secundo probatur ex Augustino sermon. 16. de Verb. Apostoli, vbi tractans, an possit homo dicere Deo: redde mihi, prius dicit, nos ex nobis non habere, vnde ista voce exigamus debitorem Deum, & statim adiungit: Illo ergo modo possumus exigere Dominum nostrum, vt dicamus: redde, quod promissisti, quia fecimus, quod iussisti, & hoc tu fecisti, quia laborantes iussisti. Tertio probatur ex Concilio Senonen. in decretis fidei capit. 16. dicente, iustitiam nostrorum meritum, non fundari in absoluta condignitate nostrorum operum, sed magis in liberali, & gratuita promissione Dei, qua conuentione facta conduxit operarios, &c. & fere idem habet Concilium Mogunt. capit. 8. quatenus vtrunque conditionem, condignitatem scilicet, & promissionem in nostris meritis considerat ad iustitiam illorum fundandam. Et eodem modo fauet multum Concilium Trident. sess. 6. cap. 16. quatenus dicit, iustis bene operantibus proponendam esse vitam æternam, tanquam mercedem ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddendam, vbi ad declarandam rationem mercedis promissionem interposuit, & statim adiungit: Hac est enim illa corona iustitiæ, &c.

9. *Eadem minor propositio suadetur ratione.* Ratione probatur eadem minor propositio, nam meritum de iustitia sicut datius merenti, ita constituit debitorem illum, apud quem meretur, quia illa relatio est reciproca, repugnat enim, me habere ius iustitiæ respectu alterius, nisi alius ad illud ius reddendum mihi obligetur. Vnde merito dixit Paulus ad Rom. 4. Ei, qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum, quod ergo redditur vt merces, debitum est. At qui ex iustitia meretur, facit sibi debitum præmium, ergo ab aliquo facit debitum, repugnat enim, aliquid esse debitum alicui,

quin ab aliquo debeatur. Sed non ab alio, nisi ab eo, apud quem quis meretur, quia meritum per se non dicit relationem ad alium, ergo meritum iustitiæ apud Deum, ipsum constituit debitorem. Et ita sine ulla hesitatione loquuntur Sancti, Cyprianus libro de Opere, & elemosyna in fine inter alia multa dicit: Promeretur Christum iudicem, Deum computat debitorem, & Augustin. Psalm. 83. in fine tractando verba Pauli, Quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: Indulgentiam (inquit) donabit, coronam reddet, donator est indulgentiæ, debitor corona. Et infra ponderat, Paulum dicendo: reddet, profiteri, se habere Deum debitorem, nam quid tibi reddet, nisi quod tibi debet? Et similia habet tract. 3. in Ioan. & Fulgentius in præfatione libri ad Monimum, ac Bernardus de Grat. & lib. arb. & Chrysost. homil. 3. in Matth.

Non potest autem ex parte Dei intelligi tale debitum, nisi eius promissio præcesserit, & ideo interdum Theologi, etiam D. Thomas, negant, Deum esse debitorem, quia nimirum, Deum absolute, & per se considerando, repugnat esse debitorem alicui, cum ipse sit supremus omnium Dominus, & ideo à nemine possit obligari, nisi ipse velit. Et hac ratione dixit Augustinus in serm. 16. de Verb. Apost. de Deo loquens: Debitor factus est, non aliquid à nobis accipiendo, sed aliquid, quod ei placuit promittendo. Alter enim dicimus homini, debes mihi, quia dedi tibi, & alter dicimus, debes mihi, quia promissisti mihi. Quæ statim ad Deum applicat, ostendens non posse à Deo petere debita priori modo, sed tantum posteriori. Et ex illius doctrina optime colligitur ratio ad probandum, quod intendimus, nam aliquis tantum constituitur debitor alterius, accipiendo, vel promittendo, sed Deus non sententia, potest constitui debitor nostro accipiendo, ergo solum potest fieri debitor promittendo, seu ex suppositione promissionis eius. Maiorem supponit Augustinus, vt notam ex terminis. Solumque oportet circa illam aduertere, in hominibus addi tertium membrum, vel primum illud in duo distingui: nam homo constituitur debitor accipiendo iuste, vel etiam accipiendo iniuste, sub qua acceptione omne damnum iniustum comprehendimus, etiam si qui damnum inferat, nihil sibi accipiat, quia tamen totum hoc debitum, quod ex iniuria nascitur, in Deo locum non habet, quia iniustus esse non potest, ideo sufficientissime Aug. de Deo loquens omnem rationem debiti in illa duo membra distinxit.

Minor autem propositio probatur ab Augustino dicente: Quid dedimus Deo, quando totum quod sumus, & quod habemus boni ab illo habemus? nihil ergo ei dedimus, non est quem admodum ista voce exigamus debitorem Deum, maxime dicente Apostolo: Quis prior dedit ei, & retribuetur illi. Ex supremo ergo Dominio Dei optime probatur, neminem posse Deum facere debitorem ex se, & (vt ita dicam) ex efficacia actionis, vel obsequii, aut officii, per quod aliquid Deo confert, cum totum hoc sit magis ipsius Dei, quam creaturæ, & quatenus creaturæ est, sit à Deo acceptum, & multis titulis illi debitum. Relinquitur ergo, vt si aliquo modo potest creatura habere debitorem Deum, necessario supponi debeat promissio eius. Quod in aliis multis locis inculcat August. vt concion. 2. in Psalm. 32. Nihil promittit, & non reddit, si delis ille factus est debitor, & exorat in Psalm. 109. Fidelis Deus, qui se nostrum debitorem fecit, non aliquid à nobis accipiendo, sed multa nobis promittendo. Et hac ratione lib. 1. Confess. ca. 4. ad Deum, loquens, ait. Supererogatur tibi, vt debeas, & quis habet quicquam non tuum? donas debita, nihil perdens, reddis debita, nulli debens. Ex quibus vltimis verbis colligitur aliquid, Deum quidem esse debitorem, non tamen nobis, seu aliis à se, sed sibi ipsi, quomodo videri interea dū D. Tho. loqui Veritatem de hoc pūcto latius dicemus infra tractādo de iustitia nostrorū meritō. Nūc sufficiūt nobis Augustini verba proxime præcedentia, quibus Deū vocat debitore nostrū, & alia, in quibus

scilicet dicit, nos exigere debitorem Deum, nemo autem potest exigere ab aliquo, ut a debitore, nisi sibi debeat, ait autem Augustinus in dicto serm. 16. *Possumus exigere Dominum nostrum, ut dicamus, reddere quod promissum, quia fecimus, quod iussisti.* Et in dicto Psalmo. 83. in fine. *Quid tibi reddet, nisi quod tibi debet?* Nec certe proprium debitum intelligi potest sine relatione ad alterum, cui alius sit debitor, sicut non potest intelligi iustitia ad se, sed ad alterum. In illo ergo loco Confessionum, ubi Augustinus dicit Deo, *reddis debita, nulli debens*, subintelligit, ex te, & absolute, ac nulla suppositione facta, nullius est debitor, secus autem est ex suppositione promissionis. Relinquitur ergo, promissionem esse necessariam ad illud meritum nostrum, quo Deum debitorem nostrum constituimus.

12. *Ad contrarium fundamentum in num. 2. Ad primum.*
 Tom. 1. in 3. p. dist. 4. sect. 5. post medium.
 Dices. Ergo saltem hoc modo potest quis mereri apud Deum, & ipsum facere debitorem nulla præexistente promissione. Respondetur: ita concedunt aliqui, mihi tamen etiam hoc falsum videtur, & contra Augustinum in locis citatis, qui absolute negat, posse nos facere Deum debitorem nostrum, nisi in virtute promissionis eius. Item est contra eundem Augustini rationem, quia Deus est supremus Dominus omnium personarum, & actionum, & omnia obsequia illi sunt aliis titulis debita, ergo nullo modo fieri potest debitor etiam ex gratitudine ex vi actionis creaturae, nisi pactum præcesserit. Non est ergo in hoc æquiparandum Deum cum homine, tum quia vnus homo potest alteri beneficium spontaneum, & sine pacto conferre, & ideo qui beneficium recipit, est capax debiti gratitudinis, cuius materia, seu obiectum est beneficium receptum, creatura autem non potest Deo beneficium conferre, sed potius ab illo accipere, cuius obsequium præstare, tum etiam quia vnus homo potest aliquid boni in alterum conferre, quod ei nullo modo debeat, at vero quicquid seruitii, vel obsequii homo Deo exhibeat, vix potest debito modo gratum animum ostendere pro beneficiis acceptis, quomodo ergo poterit obligare Deum sibi etiam ex gratitudine, ad aliquod bonum sibi conferendum, nam etiam inter homines, dum vnus benefactori beneficium ad æqualitatem repperit, non obligat illum ex gratitudine ad nouum beneficium sibi præstandum.

13. *Ad secundum.*
 Ad tertium.
 Ad secundum admitimus rationem in maiori propositione tactam, & negamus minorem, nimirum, hoc debitum iustitiæ Deo repugnare, supposita eius promissione sub conditione condigni operis, nam eo ipso quod talis promissio supponitur, quæ Deo voluntaria omnino, ac liberalis est, omnis cessat imperfectio, ut ex dictis non difficile intelligi potest, & infra expresso tractandum est. Ad tertium responderetur, in priuatis contractibus, quales sunt, qui inter homines fiunt, necessariam esse cognitionem promissionis, vel pacti, ut oriatur obligatio, tamen in his, quæ per legem publicam statuuntur, vel promittuntur, non est necessaria illa notitia. Quia et.

Pars 3.

iam inter homines si publica lege esset propositum præmium facienti tale opus, qui illud faceret cum ignorantia præmii promissi, ius ad præmium acquireret, quia ius ad præmium non nascitur ex speciali voluntate operantis acquirendi ius, & constituendi alium debitorem sibi, sed ex ipso opere, supposita voluntate alterius, qui promittit, & ideo neque cognitio promissionis, aut præmii est necessaria in operante, nam si esset, maxime propter voluntatem, si ergo voluntas non est necessaria, nec notitia erit. Præterquæ, quod quauis aliqua voluntas esset necessaria, vel generalis, vel etiam virtualis sufficeret, quia vnusquisque censetur velle suis operibus acquirere quicquid potest. Quæ responsio, & doctrina multo magis habet locum in pacto, seu promissione Dei, nam est à Deo facta per modum cuiusdam legis vniuersalis, & diuina voluntas, quæ suprema est, potuit sola sua auctoritate illam legem condere, seu promissionem facere cum conditione talis operis independentem à notitia talis legis in alio operante. Quod potest à contrario persuaderi, quia peccator etiam si ignoret penam esse pro peccato à Deo statutam, reatum eius incurrat, ergo è contrario ignorans promissionem præmii bene operando ipso ad illud acquirere potest. Item Adam ex lege Dei, & pacto fuit ita constitutus in caput suæ posteritatis, ut ratione illius omnes in illo peccauerint, & tamen illud pactum habuit efficaciam ex sola voluntate Dei independentem à voluntate Adæ quoad consensum in tale pactum, & consequenter ut peccatum Adæ alios inficeret, non fuit per se necessarium, ut Adam habuerit notitiam explicitam talis pacti (quicquid de facto de huiusmodi notitia, an illam Adam habuerit, nec ne, verum sit) ergo multo magis in meritis liberalis Dei voluntas, & generalis promissio sufficit. Accedit, quod in superioribus ostensum est, quod ad meritum de condigno apud Deum non est necessaria intentio præmii, ergo neque erit necessaria voluntas acquirendi illud, vel ius ad illud, ergo neque est cur notitia promissionis sit necessaria. Adde denique, quod licet hæc vera sint, considerata præcisa ratione meriti, & promissionis, nihilominus qui bene apud Deum merentur, non possunt omnino ignorare hanc promissionem, quia nemo potest mereri apud Deum sine fide ad salutem necessaria, docet autem Paulus, accedentem ad Deum oportere credere, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Per hanc ergo fidem Dei remuneratoris habetur sufficiens notitia diuini pacti, seu promissionis, quauis fortasse à præmio promisso, & de modo promissionis expressa, seu distincta notitia non habeatur.

14. *Ad quartum.*
 Ad quartum, quod opus non sit dignius ex promissione Dei eadem responsio applicanda est, quæ in superiori capite de diuina ordinatione data est. Concedimus enim promissionem non esse necessariam, ut actus meritorius sit proportionatus præmio, & ideo parum referre, quod à promissione dignitatem non accipiat. Hoc tamen non obstat, quominus promissio necessaria sit, ut per actum acquiratur ius ad præmium, quod fieri sine promissione non posset, quia ratione promissionis sub conditione operis habet opus sic factum peculiarem connexionem, & habitudinem cum retributore præmii, & cum ipso præmio, quam ex sola rei natura non haberet, ut explicatum est. Nec refert, quod promissio sit extrinseca actui, quia nihilominus actus innuitur illi, & habet peculiarem conformitatem cum voluntate præmiantis, quam sine tali promissione non haberet, & hoc satis est in materia morali, ut actus inde habeat peculiarem vim obligandi alium, seu acquirendi ius ad præmium. Nam hæc vis, moralis potius est, quam physica, & ideo licet in actu habeat aliquod fundamentum, potest moraliter compleri per extrinsecam promissionem, seu per habitudinem moralem, quæ ex illa nascitur, ut explicatum est.

15.
Ad quintum.

Ad ultimum de æquiparatione inter meritum, & demeritum respondetur in primis esse disparem rationem, quia per peccatum non fit debitor Deus, neque obligatur ad puniendum, sed fit debitor ipse peccator, & poenæ obnoxius, & Deus veluti acquirit ius ad puniendum peccatorem propter iniuriam acceptam. At vero in merito Deus est, qui fit debitor, & quasi obligatur, & homo acquirit ius, & ideo homo sicut à se tantum habet, quod peccet, ita ex se, & sine promissione Dei potest se constituit debitor, & poenæ obnoxius, non tamen ita potest facere debitorem Deum, à quo habet ipsum bonum opus, quod operatur, nisi ex parte Dei fundamentum talis debiti præcedat, quod est promissio sub conditione operis. Deinde huius discriminis reddi potest optima ratio, quia licet homo per quodcumque bonum opus Deo præbeat obsequium, semper reddit, quod alias Deo debet, imo cum ipsummet opus à Deo accipiat, vix reddit, quod pro illo solo beneficio debet, & ideo ex se non habet, unde faciat sibi debitum aliquod præmium à Deo reddendum: at vero peccatum est iniuriosum Deo ex se, & ex propria conditione talis operis, ut ab homine manat, estque contra obligationem, & debitum hominis ad Deum, ideoque per se potest inducere debitum ex parte ipsius hominis, & Deo ius conferre ad suam iniuriam vindicandam. Quoad promissionem ergo nulla est æquiparatio. Nihilominus tamen quoad aliquam legem, vel ordinationem, quæ in poenis, etiam peccatorum requiritur, aliqua similitudo admitti potest, quia licet peccatum ex se sit dignum poenæ, tamen ex sola natura rei non determinat sibi certam speciem, vel modum poenæ, præsertim sensus, ut quod sit in hoc loco, vel in illo, in igne, vel in alia re, &c. Et quoad hoc, esse potest necessaria peculiaris ordinatio ex libera providentia, & lege Dei taxantis unicuique culpæ proprium modum poenæ, quæ lege supposita vnumquodque peccatum merebitur talē poenam, & non aliam. Sed hoc ad præsens non refert, sed ad materiam de peccatis pertinet, & in tractatu de Purgatorio aliquid tetigimus.

CAPUT XIX.

Utrum merita iustorum in peculiari applicatione, & imputatione meritorum Christi tantum, vel inde specialem valorem, aut dignitatem habeant?

1. **H**æc est ultima conditio, quæ in meritis hominū apud Deum considerari potest, de qua supponimus ex intrinseca rerum natura eo utriusque modo, quo in his rebus moralibus considerari potest, non esse hanc conditionem necessariam ad meritum de condigno apud Deum, sicut etiam non erat necessarium, gratiam, vel remissionem peccatorū nobis per Christum conferri, sed id factū, & institutū est ex singulari & excellentiori providentia Dei. Unde multi putant, meritum Angelorum, quod sine dubio de condigno fuit, non fuisse in Christo fundatum, & in statu innocentia, si durasset, futura fuisse merita iustorum sine Christo, quæ sine dubio essent de condigno: idēque potuisset Deus instituire in natura lapsa sine Christo, si voluisset. Tractamus ergo de hac conditione secundum ordinem providentiæ, & legem à Deo statutam, an scilicet, supposita Dei voluntate, quæ decrevit, ut omnis redemptio, & sanctitas non nisi per Christum nobis communicaretur, simul etiam ordinaverit, ut merita nostra in Christi meritis proxime nitantur. Dico autem proxime, quia remote, seu mediate certissimū est, in illis fundari, quatenus gratia, & auxilia, per quæ fiunt, & à quibus dignitatem & valorem habent, propter Christi merita nobis dantur. Quæ sit ergo et alia immediata applicatione, vel im-

putatione meritorum Christi, quæ ita nostris operibus fiat, ut per illam vel rationem meriti accipiant, vel complementum meriti de condigno, vel aliquam aliam excellentiam, seu dignitatem.

In quo primum omnium cavendi errores, & doctrina catholica supponenda est. Primus enim error cavendus, est hæreticorum dicentium, nostra opera non habere meritum in se, sed constitui formam literæ in esse meritorio per meritum Christi illis applicatum, mediante fide. Sicut enim dicunt, hominem fieri iustum denominatione tantum extrinseca per applicationem iustitiæ Christi per fidem ita apprehensam, sic dicere poterunt, meritum operum nostrorum non esse in ipsis intrinsece, sed esse ipsum meritum Christi illis applicatum per fidei apprehensionem. Hunc modum fingendi merita nostra inuenio Lutheranis attributum, non inuenio autem proprium eius auctorem nominatum, aut relatum: imo Lutherus non solum absolute negavit nostra merita, sed etiam nomen meriti iustorum præstus abhorruit, & sequaces eius eodem modo loquuti sunt. Facile tamen potuerunt aliqui eorum errare loquentes de merito iustorum per analogiam, & proportionem ad iustificationem, tamen sicut illud fundamentum hæreticum est, ita & sententia illa de merito hæretica est. Quia sicut in priori errore de iustificatione nihil aliud dicitur, nisi iustos non esse iustos, sed reputari, & acceptari, ac si essent iusti, ita in alio errore perinde dicitur, opera iustorum non esse meritoria, sed reputari, & acceptari, ac si talia essent, propter Christum, hoc autem hæreticum esse satis in superioribus probatum est. Item in illo modo dicendi re vera continetur, & assertitur, Deum non remunerare opera nostra, sed opera Christi in nobis, sicut eam remunerat in parvulo, quando illum propter Christum sanctificat, vel in nobis, quando præter omne meritum nostrum dat nobis gratiam ex opere operato propter Christum, hoc autem hæreticum esse constat ex supra dictis, & in sequentibus ostendetur, tractando de bonis, quæ iusti de condigno merentur.

Assumptum patet, quia si nostra opera in se non habent valorem meriti, re vera non propter illa datur præmium, sed propter opera Christi, in quibus est totus valor. Dicere autem, quod nostra opera habent meritum Christi applicatum per fidem, & ut dici meritoria quasi apprehensivæ, hoc nihil aliud in re est, quam dicere, Deum propter Christum velle ad præmium acceptare illa opera, ac si essent meritoria, re tamen vera præmium non propter illa dari, sed propter Christum. Et explicatur alio exemplo, quod sine nouo errore negari non possit, nam prima gratia, quæ datur peccatori se disponenti per contritionem, sine dubio datur ex meritis Christi, interueniente aliquo actu ipsius peccatoris, & tamen id non satis est, ut peccator ipse de condigno primam gratiam mereatur, quia opus sic factum à peccatore non habet valorem ad meritum de condigno primæ gratiæ, & tamen si sufficeret apprehensio fidei, vel imputatio, etiam peccator potest apprehendere suam dispositionem ut acceptabilem per Christi merita, ac subinde ut affectam, seu vestitam Christi meritis. Et eadem ratione cum libera sumptio Sacramenti opus iusti sit, sine quo gratia sacramenti non datur, dicendi essent iusti mereri de condigno totam gratiam, quæ per sacramentum datur, quod dici non potest. Sequela probatur, quia licet illa gratia valorem illius operis secundum se spectati, prout est opus ipsius recipientis, excedat, non excedit valorem meritorum Christi, quæ ibi applicatur, & propter quæ Deus præbet tantam gratiam mediante tali opere. Ergo è contrario sicut homo nunc non meretur de condigno gratiam, quæ per Sacramentū datur ex opere operato, licet detur mediante opere hominis, tanquam conditione, vel causa alio modo necessaria, quia in illo opere ad illam gratiam non consideratur valor eius, sed

1.
Hæc meriti conditio ex natura rei non requiritur.

An vero de facto interueniat, inquirunt.

2.
Primus error præcavendus circa hanc materiam.

Et ex supra dictis expone-
quartus pug-

Adversus ar-
gum. aliud.

3.
Proximi argumenti assumptum probatur.

O-
ne
pr
qu
V-
di
c.

Si

valot